

Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque Lyatumque.  
 Confer. Diodor. Sicut. Lib. VI. Bibliothec. Dein, quando Tertullianus Christianis idololatriam objicit, non nisi per analogiam & consequiam id, accedente quippe κακογνασίᾳ & abusu, est intelligendum. Quod si enim omnes, quos reprehendit, idololatram fuissent, hodienum sane complures Christiani ejusmodi idololatram essent. Nam idem hodie de multis dicitur, quod sub tempore brumale munera commeent, strenae consonent, Iusus, convivia constrepent. Qua tamen de causa, nisi quod ἀρρενοφρόνησις accesserit, nemo Christianorum idololatra erit dicendus. Applicet quis, quæso, argumenta Tertulliani cætera ad nostrum statum Ecclesiæ & temporis; nonne idololatriæ Pontificiorum, imo ex parte Ethnicorum, nos participes sumus? Dantur enim inter nos Astrologi: Sant Luditmagistri, qui in Scholis libros gentiles (uti est v. g. *Justinus, Ovidius, Horatius, Florus &c.*) pueris explicant: Mercatores vendunt sua thura, & cætera, quæ tam laudabili χρήσει, quam κακαὶ χρήσει obnoxia sunt. Quid præterea dicendum de præsentationibus Operarum, de Igniferis, de Poëtis, qui Deos Deasque nominant? Dantur porro Pictores, Statuarii, Hermoglyphi, Cæmentarii, diversis diversa fabricantes. Objicis, ipsum Tertullianum contendere, quod Christiani inter se tantum festa ejusmodi more Ethnico, non autem ut rem licitam celebrent, *Quod si nobis inquiens, nullum jus est communionis in ejusmodi cum extraneis, quanto scelerius est, hæc inter fratres frequentare?* Ego vero cordatoribus dijudicandum relinquo, an non, si vel de Januariis aut Brumis accipiatur, censura hæc, *quanto scelerius est &c.* Justo rigorosior videatur. Fuit enim Vir austerus, multa subinde in maxime partem interpretatus; quapropter ad Montanistas abiit, & plurimum Rigidistarum more ab uno extremo ad alterum fuit prolapsus. Confer. Disp. Dn. PRÆSIDIS de *Psychicis*, quo nomine Orthodoxos suorum temporum ille mactavit. Quid multa vero? Certissimum est, si Christiani tunc cum Ethnici festa ritibus gentilium celebrassent, neque omisissent ullum festale requisitum in iisdem cele-